



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avgvstini Barbosæ I. V. D. Lvsitani, Protonotarii, Et
Ivdicis Apostolici designati pro Tribunali Nunciaturæ
Hispaniæ, ac insignis Ecclesiæ Vimaransensis Thesaurarij
Maioris, Collectanea Doctorvm, Qui ...**

Barbosa, Agostinho

Venetiis, 1643

3. De partibus & fructu sacramenti Pœnite[n]ti[a]e.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14108

4. *Est autem hoc Sacramentum, &c.* Vide S. Thom. in addit. ad 3. p. quest. 6. art. 1. vbi Nugn. dub. 2. Soar. tom. 4. de Pœnit. disp. 17. sect. 2. num. 3. & sect. 3. num. 3. Henriquez in summ. lib. 4. ca. p. 2. §. 1. & 2. Vafq. tom. 4. disp. 84. art. 5. dub. vnic. num. 44. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 6. num. 42. & lib. 28. num. 40. Bonacina de Sacrament. disp. 5. quest. 2. punct. 3. num. 1. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta. præcept. 2. lib. 2. cap. 1. num. 2. Fernandez in exam. Theolog. moral. p. 3. cap. 6. §. 1. num. 3. Hurtado de Sacram. tract. de Pœnitent. disp. 7. diff. 3. Torreblanca d. lib. 2. cap. 10. num. 23. cum seqq. latè Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 1. q. 57. vbi docet Pœnitentiam esse ad salutem simpliciter necessariam necessitate medijs, qui mortaliter peccauerit, & quest. 58. resoluit pœnitentiam in omni statu fuisse ad salutem necessariam necessitate medijs, & quest. 59. disputat vtrum Pœnitentia sit ad salutem necessaria necessitate præcepti, ita vt habens peccatum mortale, peccet, non pœnitendo? & lib. 4. quest. 9. cum seqq. vbi de Confessione idem dicit.
5. *Post Baptismum.* Ergo peccatum originale, ac etiam actuale commissum ante Baptismum non est materia sacramenti Pœnitentiæ necessaria, vel sufficiens, ita Medin. in Cod. de Confessione, q. 5. ad fin. Sot. in 4. dist. 14. q. 1. art. 2. Henriquez d. lib. 4. cap. 9. §. 1. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Pœnit. lib. 2. q. 26. & 27. Valer. Reginald. d. lib. 6. num. 104. Bonacina d. disp. 5. q. 3. punct. 1. num. 4. Ioan. de Lugo de Sacram. in tract. de Pœnit. disp. 15. sect. 3. num. 29. cum seqq. & disp. 16. sect. 1. num. 1. cum seqq.
6. *Ad salutem necessarium.* Sacramentum Pœnitentiæ necessarium esse ad salutem necessitate medijs, resoluunt Vafquez de Pœnitent. quest. 84. art. 2. dub. vnic. num. 44. Suar. tom. 4. disp. 17. sect. 2. num. 3. & sect. 3. num. 3. ConincK disp. 5. de Pœnit. dub. 1. num. 12. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Pœnitent. lib. 2. q. 16. vbi quest. 20. tenet sacramentum Pœnitentiæ necessarium esse ad salutem necessitate præcepti.

De Partibus, & fructu Sacramenti Pœnitentiæ.

CAPVT III.

1 Forma sacramenti Pœnitentiæ.

Particula, & cætera, qua vsus est Concil. in forma pœnitentiæ tradenda quid importet. ibid.

Verba à peccatis quid. ibid.

2 Materia proxima sacramenti Pœnitentiæ sunt actus

pœnitentis, nempe cõtritio, Confessio, & satisfactio.

3 Materia remota sacramenti Pœnitentiæ est peccatum actuale commissum post Baptismum.

4 Pœnitentiæ effectus quantum ad eius vim & efficaciam, est reconciliatio cum Deo.

Docet præterea sancta Synodus, Sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illius ministri verbis positam esse, Ego te absoluo, &c. quibus quidem de Ecclesiæ sanctæ more preces quædam laudabiliter adiunguntur: ad ipsius tamen formæ essentiam nequaquam spectant, neque ad ipsius Sacramenti administrationem sunt necessaria: *¶ Sunt autem quasi materia huius Sacramenti ipsius pœnitentis actus, nempe contritio, Confessio, & satisfactio: Qui quatenus in penitente ad integritatem Sacramenti, ad plenamque, & perfectam peccatorum remissionem ex Dei institutione requiruntur, hac ratione Pœnitentiæ partes dicuntur. Sanè verò res, & effectus huius Sacramenti, quantum ad eius vim, & efficaciam pertinet, & reconciliatio est cum Deo, quam interdum in viris pijs, & cum deuotione hoc Sacramentum percipientibus, conscientiæ & pax, ac serenitas cum vehemènti spiritus consolatione consequi solet. Hæc de partibus, & effectû huius Sacramenti sancta Synodus tradens, simul eorum sententias damnat, qui Pœnitentiæ partes, incussos conscientiæ terrores, & fidem esse contendunt.*

1. **D**ocet sancta Synodus in præsentî, sacramenti Pœnitentiæ formam, in qua præcipuè ipsius vis sita est, in illius ministri verbis positam esse, Ego te absoluo, &c. Colligitur ex hoc text. Nauarr. in manual. cap. 26. num. 2. Soar. tom. 4. de pœnitent. disp. 19. sect. 1. num. 21. Henriquez in summ. lib. 4. cap. 11. §. 3. Nugn. p. 3. quest. 84. art. 3. dub. 2. vers. multa dubiola, Vafquez. tom. 4. disp. 84. art. 3. dub. 4. num. 4. Pitigian. de pœnitent. distinct. 14. quest. 4. art. 5. ad fin. Marcel. Megal. p. 1. instit. Confessar. lib. 2. cap. 9. cum seqq. Petr. de Ledesma in summ. p. 1. de Sacramentis, vbi de sacram. Pœnitentiæ, c. 3. dub. 2. n. 30. vers. primera conclusion. Sayr. de Sacramentis in genere lib. 1. cap. 3. quest. vnic. art. 5. vers. in Pœnitentiæ sacramento. Valer. Reginald. in praxi fori pœnitent. lib. 8. num. 2. Molfes in summa Theologia moralis tract. 7. cap. 5. de forma sacramenti Pœnitentiæ, Bonacina de Sacrament. disp. 5. quest. 4. puncto 1. num. 1. Filiuc. in quest. moralib. tom. 1. tract. 6. num. 61. cum seqq. Fagundez in quinque Ecclesia præcepta. præcept. 2. lib. 2. cap. 9. Fernandez in examine Theologia moral. p. 3. cap. 6. §. 8. num. 4. Paul. Layman in Theolog. moralis lib. 5. tract. 6. cap. 3. num. 8. in fine. Valent. tom. 4. disp. 7. quest. 1. puncto 3. vbi in vers. ad illud. respondet particulam, &c. qua vsus est Concilium in præsentî, post illa verba, Ego te absoluo, non addi ad ostendendum, alia verba esse de essentia, sed ad indicandum alia posse adiungi, quæ de more adiunguntur, & non sunt de essentia. Egid. de ConincK de Sacramentis tom. 2. disp. 4. de pœnitent. dub. 8. à num. 49. vbi subdit dictam particulam, &c. addi à Concil. in præsentî, vt indicaret se non definire

an alia verba requirantur, sed hoc relinquere Doctõribus disputandum: in summa omnes concludunt ad essentiam, & valorem Sacramenti sufficere hæc duo verba explicitè prolata, Absoluo te. Hurtado de Sacramentis tract. de Pœnitent. disp. 5. diff. 4. vbi disp. 4. diff. 1. vers. ad rationem, ait hic ideo dici efficacitatem huius Sacramenti præcipuè esse in absolutione, quia in ea reperitur tanquam in forma modificante, & perficiente contritionem, & Confessionem penitentis, & ob id in Sacerdote dicitur esse potestas ipsa Clauium, & remissiva peccatorum, Barthol. à S. Fausto tom. 3. in tract. de Pœnitent. lib. 2. quest. 45. vbi dicit particulam illam, &c. non apponi in præsentî ad denotandum alia verba esse de essentia formæ, sed ad significandum alia posse adiungi, quæ de vsu ordinario Ecclesiæ adduntur: & quest. 46. resoluit illa verba, à peccatis tuis, non esse de essentia, & valore huius formæ.

¶ *Sunt autem quasi materia, &c.* Vide S. Thom. 3. part. quest. 84. art. 1. vbi Nung. Soar. d. tom. 4. disp. 18. sect. 3. Nauarr. in manual. præl. 10. num. 3. & in summa de Pœnitent. disp. 5. num. 18. Henriquez d. lib. 4. cap. 9. & 10. Fernandez in examine Theolog. moral. part. 3. cap. 6. §. 3. num. 1. Sayr. d. lib. 1. cap. 3. quest. vnic. art. 7. vers. ad primum, in med. Egid. de ConincK de Sacramentis tom. 2. disp. 4. à num. 27. & præcipuè num. 22. Bonacina d. disp. 5. q. 4. puncto 1. num. 1. Barthol. à S. Fausto d. lib. 2. quest. 24. cum seqq. Molfes in summa Theologia moralis tract. 7. cap. 3. num. 21. Torreblanca de iure spirit. lib. 2. cap. 10. à num. 62. Hurtado de Sacramentis tract. de

de Penitent. diff. 4. diff. 1. per tot. ubi in vers. nihilominus, dicit quod ideo contritio, Confessio, & satisfactio dicuntur quasi materia, cum eo addito, *quasi*, & non absolute, non quia non sunt materia physica, quia etiam materia aliorum Sacramentorum non est materia physica, & tamen a Concilio dicitur materia absolute, & absque addito; sed quia materia physica tam prima, quam secunda, nempe compositum substantiale est vera substantia; actus autem penitentis, qui sunt materia proxima sacramenti Pœnitentia, & peccata, quæ sunt materia remota illius, non sunt substantia, sed accidentia; materia verò, quæ in alijs Sacramentis assignatur a Concilio, ab eo dicitur materia absolute, & absque addito, quia in illis assignatur materia remota, quæ vera est substantia; absolute tamen quamvis sit accidens, dicitur forma absolute, (sicut forma aliorum Sacramentorum) & non dicitur quasi forma, quia ratio formæ physica non solum

conuenit substantia, sed etiam accidenti.

Materiam verò remotam huius Sacramenti necessariam, esse peccatum actuale commissum post Baptismum, resoluunt Doctores citati in collect. ad cap. 2. num. ultim. huius sess. quibus addo Fernand. dict. capit. 6. §. 2. Sufficiens autem materiam, sed non necessariam, esse quodlibet peccatum, iam semel ac sapius rite, & recte confessum, definiuit Benedictus XI. in Extrauag. 1. de priuileg. & tradunt Fernandez dict. capit. 6. §. 2. num. 3. Sor. Tolet. Soar. & Henriq. quos refert & sequitur Fagundez in quinque Ecclesia precepta. precept. 2. lib. 2. cap. 1. num. 14.

¶ Reconciliatio est cum Deo, &c.] Vide Molles. d. tract. 7. cap. 6. num. 12.

¶ Pax, ac serenitas, &c.] De hac conscientia pace in ordine ad hoc Sacramentum, vide Ioann. de Lugo de Sacram. in genere, diff. 2. sect. 8. num. 166.

De Contritione.

C A P V T I V,

- 2 Doctores de materia cap. agentes.
- 2 Contritio animi dolor ac detestatio est.
- 3 Pœnitentia formalis sine, vel virtuali, peccatum nequaquam remittitur.
- 4 Attritio quid.
- 5 A peccato cur cessare liceat.

Contritio, quæ primum locum inter dictos penitentis actus habet, a animi dolor, ac detestatio est de peccato commissio, cum proposito non peccandi de cætero. ¶ Fuit autem quouis tempore ad impetrandam veniam peccatorum hic Contritionis motus necessarius: & in homine post Baptismum lapsio ita demum præparat ad remissionem peccatorum, si cum fiducia diuinæ misericordiae, & voto præstandi reliquas coniunctus sit: quæ ad rite suscipiendum hoc Sacramentum requiruntur. Declarat igitur sancta Synodus, hanc Contritionem, non solum cessationem à peccato, & vitæ nouæ propositum, & inchoationem, sed veteris etiam odium continere, iuxta illud: Projicite à vobis omnes iniquitates vestras, in quibus præuicari estis: & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum. Et certè, qui illos Sanctorum clamores considerauerit: Tibi soli peccauit, & malum coram te feci: Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum: Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ, & alios huius generis: facile intelliget, eos ex vehementi quodam antea vitæ odio, & ingenti peccatorum detestatione manasse. Docet præterea, etsi Contritionem hanc aliquando charitatem perfectam esse contingat, hominemque Deo reconciliare, priusquam hoc Sacramentum actu suscipiatur; ipsam nihilominus reconciliationem ipsi Contritioni, sine Sacramenti voto, quod in illa includitur, non esse adscribendam. ¶ Illam verò Contritionem imperfectam, quæ Attritio dicitur, quoniam vel ex turpitudinis peccati consideratione, & vel ex gehennæ, & pœnarum metu communiter concipitur, si voluntatem peccandi excludat, cum spe veniæ: declarat, non solum non facere hominem hypocritam, & magis peccatorem, verum etiam donum Dei esse, & Spiritus sancti impulsus, non adhuc quidem inhabitantis, sed tantum mouentis, quo penitens adiutus viam sibi ad iustitiam parat. ¶ Et quamuis sine Sacramento Pœnitentia per se ad iustificationem perducere peccatorem nequeat: tamen eum ad Dei gratiam in Sacramento Pœnitentiæ impetrandam disponit. Hoc enim timore vtiliter concussi Niniuitæ, ad Ionæ prædicationem, plenam terroribus pœnitentiam egerunt, & misericordiam à Domino impetrarunt. ¶ Quamobrem falsò quidam calumniantur Catholicos scriptores, quasi tradiderint Sacramentum Pœnitentiæ, absque bono motu suscipientium, gratiam conferre: quod nunquam Ecclesia Dei docuit, nec sensit. Sed & falsò docent, Contritionem esse extortam, & coactam, non liberam, & voluntariam.

a Supr. sess. 6. de iust. 6. & 14.

b Infr. c. 5.

c Ezech. 18.

d Psalm. 50. c. & venit de penit. diff. 1. & c. totam de penitent. diff. 3. e Psalm. 6. f Isai. 38.

g Ionæ 3. Matth. 11. Lucæ 11. cap. quamobrem, de penit. diff. 1.

1. Vide S. Thom. p. 3. quest. 85. cum seqq. ubi omnes eius expositores, & præcipue Vazq. & Nauarr. in manual. cap. 1. num. 6. Iacob. de Graff. in aureis detis. p. 1. lib. 1. à cap. 2. usque ad 7. Ioan. Maldonat. tom. 2. de pœnit. tit. de contritione, Henriq. in summa lib. 4. cap. 17. cum seqq. Luc. Pinel. de Sacramento Pœnitent. ubi de contrit. Soar. tom. 4. de penitent. disput. 4. Hieron. Onuphr. de penitent. disput. 2. Marcel. Megal. part. 1. institut. confessar. lib. 4. Balduin. iun. super opera controuers. Bellarmini part. 2. lib. 5. cap. 3. Barthol. à S. Fausto tom. 3. tract. de Penit. lib. 3. de contritione, & attritione. Agid. de Coninck de Sacramento, & censur. tom. 1. quest. 68. num. 30. & tom. 2. disput. 1. dub. 2. num. 13. cum seqq. Petr. de Ledefina in summa p. 1. de Sacramento. ubi de pœnit. cap. 6.

& 7. Fernandez in examine Theologia moralis p. 3. cap. 6. §. 4. Bonacin. de Sacramento. disput. 5. q. 5. Galgancet. de iure publico, lib. 3. tit. 90. Molles. in summa Theologia moral. tract. 7. cap. 7. Paul. Comitoli. respons. moral. lib. 1. q. 32. num. 2. vers. qui verò, Iul. Laur. de tubilao p. 1. cap. 14. num. 67. cum seqq. Homobon. de Bonis de examine Ecclesiast. tract. 5. c. 1. quest. 7. Vincent. Filluc. in quest. moralibus tract. 6. cap. 7. cum seqq. Torrelanca de iure spirit. lib. 24. cap. 7. de Contritione & attritione, Hurtado de Penitent. disput. 2. diff. 1. cum seqq. Fagundez in quinque Ecclesia precepta. precept. 2. lib. 2. cap. 3. Paul. Layman in Theologia moral. lib. 5. tract. 6. cap. 4. nouissime Ioan. de Lugo de Penitent. disput. 5. sect. 1. num. 13. cum seqq.

quædam non...